ANGELORUM REGINÆ,

TER BEATÆ,

CUNCTARUM HÆRESUM INTEREMPTRICI

DOGMATICAS ANTI-THESES

Ad Baij, Janſenij, Queſnelli, & Aſseclarum, ab Eccleſia damnatos errores, ac errorum effugia,

E TRIDENTINO

ALIISQUE PROBATISSIMIS CONCILIIS,

NEC NON E SS. ECCLESIÆ DOCTORIBUS,

AUGUSTINO, ET THOMA,

Errores prædamnantibus, effugia prævertentibus, fere ad litteram decerptas

SEMINARIUM MISSIONUM S. PANCRATII,

CARMELITARUM DISCALCEATORUM

CONGREGATIONIS S. ELIÆ,

RECURRENTIBUS GENERALIBUS COMITIIS

ORDINIS PARENTI, AC DOMINÆ,

Dato cuilibet, poſt tertium impugnandi loco

TESTES AMORIS, ET OBSEQUII

CONSECRAT.

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE ROMA

ROMÆ, MDCCLXIII.

EX TYPOGRAPHIA, NICOLAI, ET MARCI PALEARINI.

SUPERIORUM FACULTATE.

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

VIRGO DEIPARA,

SEMPER AUGUSTA.

SISTITUR conterendum pedibus tuis, (*a*) Caput illud tortuoſi Colubri, quod in varios cavillationum gyros deflectens inſidiatur ECCLESIÆ FILII TUI, ut devoret eam, inſidiatur & (*b*) tuis laudibus: jugiter reviviſcens hæreſis Janſeniana. (*c*) *Illius equidem motus Tridentini Concilii*, (quod TE AUSPICE, conſummatum eſt,) *auctoritate* *lari oportuerat*, dum Æcumenico repercurſsum Antidoto, Lutheriacum, que Calvinianum virus neminem præterea, niſi volentem, aut lateret, t læderet; Verum, quanto animorum diſpendio, recoxerint illud inſta Nomina Bajus, Janſenius, Queſnellus, quam improbis elaboram vigiliis, ad aſſeclas deſtillarint, tu noſti, tu ab alto doluiſti: Noſti a impietate (*d*) Divina Unigeniti tui in Univerſum Genus humanum neficentia ad puſillum dumtaxat Electorum Gregem fuerit circumſcrip-; quanta blaſphemia (*e*) Auſterum ſibi finxerint Dominum, qui metepræſumat in Præceptis, quæ in auxiliis non ſeminarit. Doluiſti pro ſu:pta primitus ſanctitate, cum gratiis Deo habendis, tum & cœleſtibus, reliquum, adjumentis Innocentem naturam, penès illos, abſolvi; pro :nali vero ſtatu, alternis triumphis, nunc ſuperna, nunc infima delemeuta humano arbitrio inſultare. Adulterinis (*f*) interea verſionibus verſa Scripturarum vis elidatur, oblatrantes Latini P.P. torqueantur, ræci criminationibus præſocentur; nec fides modo; ſed & agendorum ſciplina ab inolito Canone deturbetur; quid ad hæc Epiſcopalibus Inſu-, quid Apoſtolicæ detulerint Majeſtati? ſurrexerint in Bajum juſtiſſii Legum conditores, tuus ille (*g*) PIUS V. & (*h*) GREGORIUS XIII. Janſenium (*i*) URBANUS VIII. (*k*) INNOCENTIUS X. (*l*) ALEANDER VII, adverſus Queſnelliana deliria (*m*) CLEMENS XI. & uterie (*n*) BENEDICTUS, XIII. (*o*), & XIV., qui hodiernas Unigeniti

A 2 tui

(*a*) Alex. VII. Bull. Regimin. Apoſt. ann. 1664. (*b*) Prop. 26. damn. ab Alex. VIII.
(*c*) Litter. Epiſc. 85. Gall. ad Inn. x. an. 1651. (*d*) Epiſt. gratul. eorum ad eumd. an 1653.
(*e*) Luc. 12. 21. (*f*) Verſ. Monten. damn. a Clem. IX. & Innoc. XI. verſ. Queſn. damn. Clem. XI.
(*g*) Bull. ex omnib. Afflictíon. an. 1567. (*h*) Bull. Proviſ. noſtræ an. 1579.
(*i*) Bull. In Eminent. an. 1641. (*k*) Bull. cum occaſione an. 1650. (*l*) Bull. ad S. B. Petr. Sed. 1656. Bull. cit. Regim. Ap. (*m*) Bull. Vineam D. Sabaoth. Conſt. Unigen. Bull. Paſtor. officii 1605. 1713. 1718. (*n*) Syn. Rom. an. 1725. (*o*) Bull. Jubil. an. 1740.

Digitized by Google

tui vices quam fauſte regit? CLEMENTINAM ille SANCTIONEM, quà ſibi præſtitutam . Credendi Regulam, Romana plaudente Synodo, authoraverit, alter profuſis D. Indulgentiæ Theſauris huic eidem refragantes interdixerit; Illam (*a*) PURPURATI P.P. ANTISTITUM Conſeſſus, Monachorum Comitia, Sapientum Lyceæa, (*b*) ceù Innocentianæ geminam, *Sacros inter Eccleſiæ Faſtos* (*quod olim de* ÆCUMENICIS CONCILIIS *fieri ſolitum*) cooptarint. Illam ORTHODOXI (*c*) PRINCIPES excelſo Brachio adſeruerint. Nil iſta ad Phræneticos, Univerſis Eccleſiæ ordinibus ejuratos. (*d*) Poteſtates omnes Veritatem oppugnare, Primos Paſtores, ſtudio partium, cæcos, præcipites, pervicaces: horum Diplomata ſubreptitia, cenſuras inanes: Eccleſiam falli, ſeneſcere, prædominari; per Baii, Janſenii, Queſnelli latera Auguſtinum, Thomam, Synodos peti: confixos horumce ſenſus, præ chymæra, nihil. Quæ, ut geminatis fulminibus, iis intercluduntur auſugia, mox ad Judicem, qui non eſt, nec erit fortaſse, confertim provocatur, (*e*) *quaſi nulla hæreſis aliquando niſi Congregatione Synodi, damnata ſit, cum potius multo ſint plures, quæ ubi extiterum, illic damnari meruerunt, inde per cæteras Terras devitandæ ... Orbem quippe Catholicum, quoniam ... pervertere nequeunt commovere conantur*. Quo rerum themate, quid jurata nos moneat ejus muneris ratio, qua propagandæ Religioni dudum obſtringimur, id te Magiſtra didicimus, te Præſide non moramur, Quæ Cunctas Hæreſes interemiſti. Proſcriptis dogmatibus Catholicam Doctrinam tuo ſacram nomini objicimus hiſce petitam Fontibus, quos novus (*f*) Ordo ſibi vendicat, vel invitos. (*g*) TU MULIER AMICTA SOLE, adeſto pugnantibus, donec. (*h*) Te de tuis Hoſtibus ulciſcamur.

DE

(*a*) Vid. ſingul. lib. Teſtim. Eccl. Univ. T. 1. & 2. (*b*) Ep. grat. cit.

(*c*) Signanter in Gall. ab an. 1714. Ludov. Magn. Cler. Comitia Epiſc. 40. quis acceſſere al. 72. Senat. Pariſienſ. Sorbona; hinc Syn. Ebredun. an. 1727. & 1. penes Lafiteau l. 1. 2. [illegible]

(*d*) Vid. Prop. damn. ab Alex. VIII. 29. 30. 31. & Queſnell. à 90. ad 101.

(*e*) D. Aug. ad Bonif. l. 4. c. 12. (*f*) Ita factionem ſuam Queſnel. ex articul. cauſ. Queſn. Mechlin. (*g*) Apoc. 12, 1. (*h*) Joſ. 10, 13.

Digitized by Google

DE NATURA PURA, ET INTEGRA.

Adverſum Propoſ. Baii (inter damnatas à S. Pio V., Bull. ex omnib. afflictionib., & à Gregorio XIII. Bull. Proviſion. noſtræ) 1.2.3.4.5. 6.7.9.11.12.13.14.15.16.18.22.24.25.27.55.72.73.78.79., *nec non Propoſ. Queſnel. (inter damn. à Clemente XI. Conſt. Unigenitus & c.)* 34.35.70.

I. P*Oſſibile fuit Deo, ut faceret Hominem in Puris naturalibus D.Th. quod lib.*1. *a.*8. Mortalem, paſſibilem, fomite rebellante 2. *diſt.*31.*q.*1. *a.*2.*nec ſic* (ex his ærumnis, *culpandus, ſed laudandus eſſet Deus. D. Aug.*1. *retr. c.*9. *Nullus miſer de quantacumque miſeria liberatur, niſi qui Dei miſericotdia prævenitur. Concil. Arauſ.* 2. *can.* 14. *contra ſemipelag.* Ruit ab imo ſiſtema Lutheri, *Comment. in Geneſ. c.* 3., Calvini 1. *Inſt. c.* 15. Baij: nec non Janſenii *tripl. libr. de St. Nat. Pur.*

II. *Non tamen iſte defectus* (integritatis) *rationem culpæ, aut pœnæ habuiſſet, quia non per voluntatem cauſatus : D. Th. ubi nuper.* Nec ad puniendum dumtaxat, vel ad purificandum (Queſnelli pace) affligit Deus, ſed *interdum ſine culpa, non tamen ſine cauſa Id.* 2. 2. *q.* 108. *a.* 4. Ea eſt *proficiendi admonitio, perfectionis exordium, occaſio coronæ. D.Aug. l.*3. *de lib.arb. c.*20. & 4. *de C. Dei c.*3. Puriſſimam Dei Matrem, & culpæ expertem, & Reginam Martyrum colimus. *Conſtit. Alex. vii : ſollicitudo* 8. *Dec.* 1661. *Clem. XI. Conſtit.* 40. *Trid. ſeſ.* 6. *can.* 23.

III. *Nemo ex eo, quod videtur habere, glorietur, tamquam* non *acceperit. Arauſ.* 2. *can.*16. accepit Adam à Deo *juſtitiam, & ſanctitatem* originalem *Trid. decr. de pec. orig.* Sed Deus nullo modo naturæ debuit ex *D. Th.* 1.2. *q.*111. *a.*1. *Gratia Magna Dei erat* illa *D.Aug.*4. *c. Jul.c.*16. non Queſnelliana Creationis ſequela. *Miſericors Deus gratuito ſanctificat. Trid.*5.6. *c.*7. *nihil eorum, quæ juſtificationem præcedunt, ſive Fides* (ſupernaturalis) *ſive opera* (nedum iners natura) *juſtificationis gratiam promeretur. ibid. cap.*8.

IV. *Virtute gratuita, ſuperaddita virtuti naturæ, indiget Homo, in ſtatu naturæ integræ, ad operandum, & volendum bonum ſupernaturale D.Th.*1.2.*q.*109. *art.*2. *ex aug. de corr. & gr. c.*12. *ibi*; nec poteſt *ſine præveniente Spiritus S. inſpiratione, atque ejus adjutorio credere, ſperare, diligere. Trid.*5. 6. *can.* 3. *nec per naturæ vigorem, bonum aliquid, quod ad ſalutem pertinet, cogitare* .... *ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt ar* 2. *c.*7. ex 2. *cor.*3.

V. Gratia Adami non producebat merita pure humana. *Nulla facit* bo-

homo bona, quæ non Deus præſtet, ut faciat Homo. Araus 2. c.20. *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum, ut operemur, operatur ibi can.*9. Ea merita non improprie, ſed ad ſcripturæ ſenſum, Gratiæ nuncupantur: *Debitor nobis factus eſt Deus, non aliquid accipiendo* (ex dignitate operum, quæ placet Bajo,) *ſed quod ei placuit, promittendo. D. Augnſt. ſer.* 16. *de Verb. Ap. cujus tanta eſt erga omnes Homines bonitas, ut eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona Trid. ſeſ.*6. *cap.* 16.

VI. Jure non abſimili, Dona, Promiſſiones, & merita Angelis conceſſa, Gratiæ ſunt, & dicuntur. *Prorſus Donum Dei eſt diligere Deum: ipſe, ut diligeretur, dedit, qui non dilectus dilexit ...... Nemo habet quidquam boni, niſi illud illi datum fuerit deſuper ex Jo:* 3. *araus* 2. c.25. *Nulla natura creata eſt ſufficiens principium actus meritorii vitæ æternæ*, niſi per gratiam ex 1.2. *q.*114. *a.*2. *ſecundum ſubſtantiam operis, & ..... ex libero arbitrio, non poteſt ibi eſſe condignitas, ibid. a.*3. D. Aug. 12. de c. Dei c.9. Juliani, Baij, & Aſſeclarum jura obmuteſcant.

VII. *Natura humana, etiamſi in illa integritate, in qua eſt condita, permaneret, nullo modo ſe ipſum; Creatore ſuo non adjuvante, ſervaret. Ar.* 2. *can.* 19. nec niſi per *magnum illud, uſque in finem, perſeverantiæ donum. Trid.* 5.6.c.16. & 22. *quod aliunde haberi non poteſt & c. ibi. c.*13. Itaque Innocentiæ perſeveranti, fœlicitas nedum merces fuiſſet, ſed & gratia: Stat ex adverſo Pelagius damnatus *ibid. c.*18. *debetur merces bonis operibus, ſi fiant, ſed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiant.* Idipſum *Aug. ep.* 106. *nunc* 186.

VIII. Angelorum quoque perſeverantium fœlicitas & eſt merces, & eſt gratia; *nec ipſi firmitatem ſibi propriam præſtiterunt. D. Aug. com.* 2. *in pſ.* 32. *tibi debent* (Deus) *quod juſte vivunt .... quod beati vivunt in pſ.* 70. *quod ſe à falſitate, & in juſtitia tenuerint, Divini muneris* fuit, *Ar.*2. *c.*9. *quod etiam ſanctis ſemper eſt implorandum, ut ad finem bonum pervenire, & in bono poſſint opere perdurare ib. can.*10.

DE NATURA LAPSA.

Adverſus propoſ. Baij 21.26.28.35.39.40.41.46.47.48.49.50.51.52. 53.66.67.68.74.75. & *Janſenii* 5. *dam. ab Innoc. X. Bull. Cum occaſione & c. & adverſus* 1.2.8.11.19. *inter damn. ab Alex. VIII. nec non Queſnell.* 38.39.40.41.42.

IX. Non omne peccatum viſua pœnam meretur æternam; *crimen eſt, quod damnationem meretur, veniale autem eſt, quod non meretur damnationem D. Aug. hom.*7. *in Jo: apud D. Th.* 1.2.*q.*88. *a.*1. Ea ſunt *venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, ... cum univerſa mortalia homines*

Digitized by Google

nes iræ filiós, *& Dei inimicos reddant*. *Trid. ſeſ.* 16. *c.* 5. *Si quis, in quolibet bono opere, juſtum, ſaltem venialiter peccare dixerit, aut* (*quod intolerabilius eſt*) *mortaliter ... tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema ſit ib. can.* 25. Bains in Luthero prædamnatur.

X. *Peccatum eſt dictum vel factum, vel concupitum contra legem æternam. D. Aug. l.*22, *c. Fauſt. c.*27. *apud D.Th.*1.2. *q.*71. *a.*6. Nemini ex eo præciſe dominatur, quod contrarium non gerat voluntatis Arbitrium. Eſt de ratione peccati (ſi actuale fuerit) voluntarium in actu, vel in ſe, vel in cauſa; (ſi originale) reſpectus ad voluntarium originantis. Nullum aliud parentum ſcelus (ſecluſo ſimili pacto) poſteror. Perſonas poſſet inficere. *Si quis dixerit non eſſe in poteſtate Hominis vias ſuas malas facere... Anathema ſit. Trid. ſeſ.* 6. *can.*6.

XI. Voluntarium, ac liberum peccati originantis non eſt cauſa, quæ ſuppleat voluntarium, ac liberum in noſtris actubus, ut demeritum contrahant: *adæ peccatum Origine unum eſt* (non multiplex) *propagatione, non imitatione transfuſum* Tr. ſeſ.5. can. 3. *liberum arbitrium*, ex eo *minime exſtinctum eſt*. *Tr.* 5. 6. *cap.* 1. Non eſt cur infidelitas negativa, vel ignorantia invincibilis juris naturæ, pro hoc ſtatu, de peccato damnentur. *Non tibi reputatur ad culpam, quod invitus ignoras, ſed quod negligis quærere, quod ignoras. D.Aug. de nat. & gr. c.*67.

XII. Infideli culpa non eſt (nec proinde legis tranſgreſſio, (ex Antitheſ. 10.) *quod vulnerata Membra non colligit, ſed quod volentem ſanare contemnit. D. Aug. de nat. & gr.* ubi nuper. *Baptizatis..... cum ad agonem relicta ſit* (concupiſcentia) *nocere ..... repugnantibus non valet. Trid. ſeſ.* 5. *can.* 5. Relapſis quoque ſubeſt appetitus, ut dominentur illius *ex Geneſ. c.*4. Oppoſitum Luthero affine eſt, diſſonum Trid. declarati *concupiſcentiam...., vere, & proprie in renatis peccatum* non eſſe; quidquid ejuſmodi præfuerit, baptiſmo *tolli, non tantum radi, aut non imputari, ibid.*

XIII. Qui damnat totam Hominis vitam ad pœnitentiam pro originali agendam, damnatur Conc. Flor. cujus illud *Decr. Eugen. Baptizatis nulla, pro peccatis præteritis, injungenda eſt ſatisfactio*; & Trid. cujus eæ voces; *in renatis nihil odit Deus; nihil eſt damnationis... itaut nihil prorſus eos ab ingreſſu Cæli remoretur ſeſ.*5. *Can.*5. *tota ſemper* (pœna temporalis) *in baptiſmo.. dimittitur* ſeſ. 6. c. 14. *Per baptiſmum, Chriſtum induentes nova prorſus in illo efficimur creatura, plenam, & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes ſeſs.*14. *cap.*2. *D.Thom.*3.*p.qu.*69. *art.* 3.

XIV. Ad

Digitized by Google

XIV. Ad merendum, vel demerendum etiam pro hoc ſtatu, libertas à coactione non ſufficit; exigitur libertas à neceſſitate. Adverſa *opinio eſt hæretica... ſubvertit omnia principia Philoſophiæ moralis. D.Th. qu.6. de mal.art.unic. rem de ſolo titulo* (*quod Luther. ar.36.*) *immo titulum ſine re*, (*quod Calvin. lib.2. Inſtit.*) libero imponit arbitrio contr.Trid. *ſeſ.6. can.5.* neceſſitati abſolutæ omnia ſubjicit, *cum Vvicleph, ar.27. damn. à Conſtant. Concil.* Itaque Viatoris eſt eligere bonum, vel malum, actum, vel non actum, ſimul, & ſemel objecta; *quod placuerit ei, dabitur illi. Eccl.15. Ecce apertiſſime expreſſum liberum humanæ voluntatis arbitrium. D.Aug.de gr. & lib.arb.c.2.*

XV. *Impiorum quædam facta ... ſecundum juſtitiæ regulam .... merito, recteque laudamus. D. Aug. de ſpir. & lit. c. 27. Peccatum mortale tollit gratiam gratum facientem, non autem totaliter corrumpit bonum naturæ.., unde ... infideles ... bona opera, ad quæ ſufficit bonum naturæ, aliqualiter operari poſſunt; unde non oportet, quod in omni ſuo opere peccent. D.Th.2.2.q.10.ar.4. Si quis dixerit opera omnia, quæ ante juſtificationem fiunt, quacumque ratione facta ſint, vere eſſe peccata an.ſit Trid.ſeſ.6.can.7.* contra pſeudo-evangelicos,

DE CHRISTI REDEMPTIONE.

Adverſus Propoſ. Janſen. 5. Queſnel.30.31.32.33. & ex damnatis ab Alex.VIII. 4.

XVI. *Vult ... Deus omnes Homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; non ſic tamen, ut eis* (en omnes & ſingulos) *adimat liberum arbitrium, quo vel bene, vel male utentes juſtiſſime judicentur. Div. Auguſtin. de Spir. & lit. cap. 33. Aliquos vero ad malum, Divina Poteſtate prædeſtinatos eſſe non credimus* Concil. Arauſ. 2. *can.* 25. *Chriſtus Jeſus eſt mediator Dei, & Hominum, non quorumdam, ſed inter Deum, & omnes Homines, & hoc non eſſet, niſi vellet omnes ſalvare. D. Th. lect.1. in 1. Tim.* 2. Sed deſideria Chriſti non ſemper effectum ſortiuntur; pacem optat & his, quibus obduratis non infert. *Qui cum eſſemus inimici, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, ſua SS. Paſſione, in Ligno Crucis, nobis juſtificationem meruit*, (nullus excipitur) *& pro nobis Deo Patri ſatisfecit. Trid. ſeſ. 6. cap. 7. & ſeſ. 5. can. 3.*

XVII. Non pro ſolis itaque Primogenitis, ſeu electis, non pro ſolis juſtis, nec pro ſolis fidelibus, ſed pro omnibus omnino (his quoque, qui in utero pereunt) hominibus Chriſtum mortem oppetiiſse dogma Fidei eſt. *Chriſtus in Cruce pendens omnibus veniam poſtulabat. D. Aug. ſer. de SS.*

382. *Non*

Digitized by Google

382. *Non partem emit . . . pro toto pretium dedit* . *D.Aug. in pſ.* 95. *Hunc propoſuit Deus propitiatorem , per Fidem , in ſanguine ipſius , pro peccatis noſtris ; non ſolum autem pro noſtris , ſed etiam pro totius mundi . Trid. ſeſ.6.c.2. Verum etſi ille pro omnibus mortuus eſt , non omnes tamen mor tis ejus beneficium recipiunt ibid. c.3.*

XVIII. Longe aliter, cum ſuis, Rejenſis Fauſtus, qui in omnes, & ſingulos *indiſcrete* homines, nemine gratioſius præelecto, Chriſti ſanguinis pretium derivavit. Hæc ſemipelagiana Redemptio, *Iudice Auguſtino, de prædeſt. SS. c.5. & Arauſic. 2. can. 6.* reſiſtit Apoſtolo interroganti 1.*Cor.*4. *quis enim te diſcernit ; quid habes , quod non accepiſti ? & cap.* 15. ibid. *gratia Dei ſum id , quod ſum* , quæ vero ab Eccleſia definitur, ſubſcribit Apoſtolo *ad Eph.*4. pariter & *Arauſ. can.*16. *Aſcendens Chriſtus in altum captivam duxit captivitatem , dedit dona Hominibus ; inde habet quicumque habet .*

XIX. Perfectam ſui,& terrenorum bonorum abdicationem fruſtra Queſnellus exigit, ut fiduciam quis habeat ita ſibi adpropriandi Chriſtum, Chriſti amorem, mortem, & myſteria, uti Paulus *ad Gal. dicens* 2. *qui dilexit me , & tradidit ſemetipſum pro me .* Etiam ditiſſimis, ac de Cæſaris domo id Paulus adpropriat. *Pater* (ad Romanos *cap.*8.) *pro omnibus tradidit illum* . Ita & Angelicus *ſupra text. ex adverſ.* adduct. *lect.* 6. ita & Trid. *ſeſ.6. de juſt.c.2. Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine . . . . tranſtulitque in Regnum Filii dilectionis ſuæ : & c.9. nemo pius de Dei miſericordia , de Chriſti merito ..... dubitare debet .*

DE GRATIA CHRISTI.

Adverſus propoſ.Baij 41.54. *Janſen.*1.2.4. *Queſnel. à* 2. *ad* 25. *& ex damnat. ab Alex.VIII.* 5.6.

XX. Judæis ſub lege Moſis *Deus non deficiebat . . . quin daret eis ſalutis auxilia* 1.2.q.98.*ar.*2. & eſſet *adjutor , ac largitor virtutis . D.Aug. l.* 3. *ad Bonifac. c.*4. Judæi, poſt legem Chriſti, Pagani, hæretici falſo dicuntur nullum ab eo recipere gratiæ ſufficientis influxum : *Nullis eorum exiſtentibus meritis , vocantur . . per ejus excitantem , atque adjuvantem gratiam , ad convertendum ſe . Trid. ſeſ. 6. cap.5. experturi in ſuppliciis poteſtatem ejus , cujus in donis miſericordiam contempſerunt . D. Aug. de ſp. & litt. c.*33. Miſit Deus Filium ſuum . . . *ut & Judæos , qui ſub lege erant, redimeret , & gentes , ... juſtitiam aprehenderent , atque omnes adoptionem filiorum reciperent . Trid. ſeſ.6. c.*2.

XXI. Immerito igitur Dei Gratiam univerſis exhibitam,uti Pelagianam, traducunt novatores. *Lux vera . . . illuminat omnem hominem Io.* 1. *nec eſt*

 qui

Digitized by Google

qui ſe abſcondat à calore ejus... non permiſit ullum mortalium excuſare ſe de umbra mortis; ipſum enim penetravit verbi calor. D. Aug. *in pſ.* 18. omnibus, & ſingulis adſunt media ſufficientia ad ſalutem. *In Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Trid. ſeſ.6. c.13. auxilia maxima in ſacramentis.. præparavit, quibus Chriſtiani conſervare ſe integros, dum viverent ab omni graviore Spiritus incommodo poſſent. ſeſ.14. doctr. de Sacr. extr. unct.*

XXII. *Dei præcepta Homini juſtificato, & ſub gratia conſtituto* numquam ſunt *ad ſervandum impoſſibilia ex Trid. ſeſ.* 6. *can.* 18. non ex indole præcepti *cujus mandata gravia non ſunt, cujus jugum ſuave eſt, & onus ejus leve. ibid. c.* 11. non ex gratiæ inopia: *qui diligunt eum, ſervant Sermones ejus, quod utique cum divino auxilio præſtare poſſunt. ibid.* non ob naturæ infirmitatem, *quia ſubſtantiam actus poteſt, ex libero arbitrio*, ſervare; non ob vim tentationis; *quia minima gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcentiæ.... minima charitas plus diligit Deum, quam cupiditas milia auri, & argenti.. D.Th. 3.p. q. 70. a. 4.*

XXIII. Hæc Fides non Pelagio, ſed Eccleſiæ, præluxit: *conc. arauſ. c.* 25. ſed SS. Patribus, adverſa ab iis *voce ſub anathemate probibita Trid. 5. ſeſ.6. c.11.*; Sed Auguſtino cum primis: *execramur* (ait *ſer.191. de temp.*) *Bllaſphemiam eorum, qui dicunt, impoſſibile aliquid hominibus a Deo eſſe præceptum, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus, in commune poſſe ſervari.* nec iniquioribus in vanum præcipit, cum non dat ipſe quod præcipit. *nam Deus impoſſibilia non jubet, ſed jubendo monet & facere, quod poſſis, & petere, quod non poſſis, & adjuvat, ut poſſis.* Trid. ibid. Poſſe Auguſtini cuilibet ex Deo eſt. *de nat. & gr. c.* 43. poſſe Pelagii ex natura eſt.

XXIV. Interiori gratiæ, pro ſtatu naturæ lapſæ, ſæpe reſiſtitur ab his, *qui gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati, Spir. S. contriſtaverunt.... qui lethalia committunt peccata, à quibus cum divinæ gratiæ adjumento abſtinere poſſunt. Trid. ſeſ. 6. c. 14. & 15. Deus namque ſua gratia ſemel juſtificatos non deſerit, niſi ab eis priùs deſeratur. c.* 11., *niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum*, ita *perficiet, operans velle, & perficere c.* 13. Gratia ſufficiens ab efficaci ſejuncta ad Fidem ſpectat. *Auxilium*(Dei) *duplex* eſt, *unum quidem ipſa facultas exequendi, aliud ipſa operatio, ſeu actualitas. facultatem dat Deus infundendo virtutem & gratiam perquas efficitur homo, potens, & aptus ad operandum; operationem... confert inquantum virtus ejus operatur in nobis interius movendo ad Bonum. D. Th. lect. 2. Epheſ. 3.*

XXV. Gratia ſufficiens ſtatui præſenti nec eſt inutilis, nec nociva; non

non Dei ſervis, quibus ille, *quovis tempore, voluit de Salutaribus remediis, adverſus omnia omnium hoſtium tela, eſſe proſpectum. Trid. ſeſſ.* 14. *doctr. de Sacr. extr. unct.* non inimicis, *qui rurſus juſtificari poterunt, cum excitante Deo .... amiſſam gratiam recuperare procuraverint. ſeſ. 6. c.* 14. nec *parvam* (cum *Janſenio*) *gratiam*, quæ imperfectos pariat actus, eam definimus, ſed *ſufficientiſſimam* (cum Auguſtino) ad virtutum opera *facultatem 3. de lib. arb. c.16.*

XXVI. Exhortationes, ac cæteræ exteriores Gratiæ obdurando Cordi, quod ipſas attinet, nuſquam inſerviunt. Docet Tridentina Synodus *teneri unumquemque ..... Ubi commode id fieri poteſt, ad audiendum Verbum Dei .ſeſ.* 24. *de ref. c.* 4. nec in cordibus Hominum *mala opera Deum operari . ſeſ. 6. can. 6.* ſed *cor eorum congelaſcit adverſus Deum, & adverſus imbrem gratiæ ipſius, ne fructum ferant . D.* Aug. *in* pſ. 124.

XXVII. Gratia non eſt ipſa Dei voluntas, ſed *effectus gratuitus Dei voluntatis* . D. Th. 1.2. q. 110. a. 2. Creatio, Incarnatio, Reſuſcitatio Gratiæ in nobis operationem ex æquo non exprimunt, Hæc *non ſolum attribuitur Deo, ſed etiam animæ ib. q.* 111. *a.* 2. Eccleſiæ non queſnello favent Scripturæ. *quod in lege Domini fuit voluntas ejus* (pſ. 1.) *nonnè ſatis indicat voluntate ſua Hominem in lege Dei conſiſtere? D. Aug. de gr. & lib. arb. c.2. In Sacris litteris, cum dicitur: convertimini ad me, & ego convertam ad vos, libertatis noſtræ admonemur. Trid. ſeſ. 6. c. 5. ſi quis dixerit liberum Hominis arbitrium, a Deo motum, & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti ..... Sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſive ſe habere anathema ſit can.*4.

XXVIII. Fallitur & Janſenius: *liberum hominis Arbitrium .. Deo excitanti, atque vocanti .... diſſentire poteſt, ſi velit.* (*eod can.*) & reſiſtere vel obtemperare. Hæc conditionalis non eſt impoſſibilis, ſed practica, ſub quolibet gratiæ triumpho, *ita ut tangente Deo cor. Hominis .... Homo ipſe ... inſpirationem illam recipiens .... abiicere poſſit . ib. c. 5. Quomodo Deus Pater ad Filium Homines .. attrahit, ſi dimittit, ut quis quod voluerit eligat? & tamen utrumque verum eſt* D. Aug. *contr. lit. Peti. l.2. c.* 84. *bonum eligere* Hominis eſt, *dare ſuavitatem in conſentiendo* Dei eſt, *ex Conc. Arauſ. 2. c.7.*

XXIX. Gratiæ interioris prævenientis neceſſitatem ad initium Fidei ſemipellagiani non admittebant. fatebantur *ex nobis quidem nos habere ipſam Fidem, ſed incrementum ejus ex Deo . D.* Aug. *de prædeſt. SS. c.2.* id vero hæreticum eſt. *non receditur ab ea ſententia, quam Pelagius ipſe ... damnare compulſus eſt: gratiam ſecundum merita noſtra dari . ibid. Divina Gratia excitati*, infideles) *& adjuti fidem ex auditu concipientes libere*

 mo-

Digitized by Google

moventur in Deum. *Trid. ſeſ.6. c. 6.* Primam Gratiam fidem eſſe Qveſnellus ejuret. *Initium F.dei ipſumque credulitatis affectum . . . gratiæ donum* agnoſcat, *ex Arauſ. 2. can. 5.*

DE JUSTIFICATIONIS NATURA.

Adverſus Propoſition. Baii 17. 19. 31. 32. 33. 34. 38. 42. 43. 56. 57. 58. 61. 62. 63. 64. 69. 70. 71. 77. *& Queſnel.* 28. 36. 37. 42. *uſque ad* 67. *& inter damnat, ab Alex. VIII.* 9. 10. 12. 13. 14. 15.

XXX. Juſtificationem à peccatorum remiſſione perperàm Bajus ſejungit. alius eſt, in lethali, reatus culpæ, quo *innocentia deperditur*, alius pænæ æternæ, quo quis *ſub Poteſtate Diaboli* mancipatur. *Trid. ſeſ. 6. c. 1.* per Sacramenti virtutem, vel Sacramenti votum, charitate perfectum, ſimul uterque remittitur, ſimul *homo ex injuſto ſit juſtus, & ex inimico amicus, ut ſit hæres, ſecundum ſpem, vitæ æternæ . . . . in ipſa juſtificatione, cum remiſſione peccatorum, hæc omnia ſimul infuſa accipit . . . . fidem ſpem, & charitatem . ſeſ. 6. c. 7. &* 14. *c. 4. Ceſſante actu peccati remanet macula. D. Th.* 1. 2. *q.* 87. *a.* 6. *ad* 1. *remota macula culpæ poteſt remanere reatus, non pœnæ ſimpliciter, ſed ſatisfactoriæ. ibid. in corp.*

XXXI. *Unica cauſa formalis* (Juſtificationis noſtræ) *eſt Juſtitia Dei, qua juſtos nos facit. Trid.* 5. 6. *c.7.* non obedientia mandatorum quam Bajus extollit. *Hanc imaginem, in Spiritu mentis impreſſam perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam Juſtitiæ.* dejicit & Queſnellum *Auguſt. de Geneſ. ad litt. l.6.c.25. Juſtitiam in nobis* (non in Chriſti Perſona) *recipientes, unuſquiſque ſuam . Trid. eod. cap. ſi quis dixerit* (cum Luthero, & Calvino) *Homines juſtificari. . . . ſola imputatione Juſtitiæ. Chriſti, excluſa Gratia, & Charitate, quæ in Cordibus eorum, per Sp. S. diffundatur, atque illis inhæreat . . . anathema ſit. can.* 11.

XXXII. Fides ad juſtificationem diſponit, ſed non quoties operatur, juſtificat, non ſemper operatur per Charitatem. *fides ſine charitate eſſe poteſt, non tamen prodeſſe. D.* Aug. *de Trin. l.1.c.* 18. *Infidelitate. Fides amittitur . . . quovis alio peccato . . . non amittitur* ex Trid. 5. 6. c. 15. manet in peccatore, hic habitus ſeu Fides *vera, licet non ſit viva* ex can. 28. ibid. quin & *remota ſpe poteſt remanere Fides. D. Th.* 2. 2. *q.* 20. *a.* 2. *niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, non unit perfecte cum Chriſto . . . . vitam æternam . . . ſine fide, & charitates Fides præſtare non poteſt, Trid. ſeſ. cit. c. 7.*

XXXIII. Eſt ſpes in Deo, etiam ubi non eſt amor Dei. His qui ad primam juſtificationem diſponuntur, *via generationis ſpes eſt prior charitate . . . ſpes introducit ad charitatem* D. Th. 22. *q.* 17. *a.* 8. *ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe convertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi*

pro-

propter Chriſtum, propitium fore. Trid. ſ. 6. c. 6. In eo, qui a gratia excidit, modo non hæretico, nec deſperante; perſtat & habitus ſpei. *Si voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ ... viam ſibi ad juſtitiam parat. id. ſeſ. 14. c. 4.*

XXXIV. *Charitas alia eſt Divina, alia humana, humana alia eſt licita, alia illicita. D.* Aug. *ſer. 52. de temp.* nemo ad juſtificationem diſponitur, abſque amore prævio Boni ſupernaturalis, qui nec Divina charitas, nec vitioſa cupiditas eſt. *Credentes ... a Deo juſtificari impium, per gratiam ejus; ... peccatores ſe eſſe intelligentes .... illum, tamquam omnis Juſtitiæ fontem diligere incipiunt. Trid. ſeſ. 6. c. 6.* Oratio impiorum, ex hoc amore profecta, non eſt novum peccatum, nec quod illis à Deo conceditur novum eſt in eos judicium, *Utiliter concuſſi binivitæ ... pænitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrarunt. ſeſ. 14. c. 4.*

XXXV. *De hac diſpoſitione ſcriptum eſt. Timor Domini expellit peccatum Trid. ſeſ. 6. c. 6. Attritio ... quæ vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pænarum metu concipitur, donum Dei eſt, impulſus ſp. ſ. non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum moventis.* Iſte dolor, & timor eſt *verus, & utilis, bonus,* & ſupernaturalis *motus* ad gratiam: *ex ſeſ. 14. c. 4. & can. 5.; falſo quidam docent hanc contritionem eſſe extortam, & coactam, non liberam, ac voluntariam, cap. cit.* ſeu (quæ ſunt Queſnelli dogmata Luthero accepta) eam eſſe violentam, & ducere ad deſperationem contra D. Aug. *ſer. 52. de temp. ſi non amas eſſe inter Angelos Dei, time eſſe inter Angelos diaboli, vincat in te pius timor, & erit amor.*

XXXVI. Illa demum Intentio, qua quis deteſtatur malum, & proſequitur bonum, mere ut cæleſtem obtineat gloriam, eſt recta, eſt Deo placens; peccator *ponderando amiſſionem æternæ, Beatitudinis .. cum propoſito melioris vitæ,* ſe præparat *ad gratiam. Trid. ſeſ. 14. can. 5. Juſtificatus, dum intuitu æternæ mercedis, bene operatur,* non peccat, ſed Davidem imitatur, & moſem. *ex ſeſ. 6. c. 11. & can. 31. Illud præceptum (1. cor. 10. omnia in gloriam Dei facite) eſt affirmativum, unde non obligat ad ſemper, & ſic non facit contra hoc præceptum quicumque non actu refert in Gloriam Dei, omne, quod facit D. Th. 1. 2. q. 88. a. 1.*

DE FRUCTIBUS JUSTIFICATIONIS.

Adverſum Propoſ. Baii, 8. 10. 44. 59. 60. 77. nec non Queſnel. 43. 68. 69. 71.

XXXVII. Primus effectus Gratiæ Baptiſmalis eſt *ut Baptizati Chriſto incorporentur. D. Th. 3. p. q. 69. a. 5., ex D. Aug. l. de Bapt. parvul. quo liberati jam à peccato .... ſobrie, juſte, & pie viventes proficere poſſunt*

 per

per Chriſtum Jeſum ; *Trid. ſeſ. 6. c.* 11. non is qnem fingit Queſnellus , *ut Spiritus cor ſenſus non habeant plus vitæ pro peccato , quam homo mortuus pro rebus mundi* . Baptiſmi gratia non reddit impeccabilem ; non eſt inamiſſibilis , ex *Trid. ſeſ. Cit. can.* 29. non ſolis prædeſtinatis contingit *ex can.* 17. omnibus iis , qui Sacramentum rite ſuſcipiunt , ſemper confertur . *ex ſeſ. 7. can.* 7. oppoſita Lutherus , & Calvinus dogmatizant , Queſnellus non effugit.

XXXVIII. Nec Deus abbreviavit viam ſalutis , claudendo totum in fide, & precibus , nec Homo , ob ſui conſervationem , ab ea lege diſpenſare ſe poteſt , quam Deus condidit , propter ejus utilitatem . *Fides ſine operibus mortua eſt Rom.* 5. *ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata Math.* 19. utrumque Tridentino *c.* 7. *ſeſ. 6. ſi quis hominem juſtificatum , & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obſervantiam mandatorum Dei , & Eccleſiæ an. ſit. can.* 20. ita & *can.* 19. 21., & *ſeſ.* 7. *de Bapt. can.* 7. *In Præceptis Juris Divini nullus poteſt diſpenſare , niſi Deus , vel is , cui ipſe ſpecialiter committeret . D. Th.* 1. 2. *q.* 97. *a.* 4. In reliquis *ſi major quandoque utilitas poſtulaverit , cum aliquibus diſpenſandum eſſe , id . . . ſumma maturitate , à quibuſcumque , ad quos pertinet , erit præſtandum Tr. ſeſ.* 25. *c.* 8.

XXXIX Juſtos virtutum quas exercent , non obtinere incrementa , qualibet parte fatiſcit . Primò ad infuſi habitus augmentum ſe ipſos diſponunt. dum *euntes de virtute in virtutem , renovantur , ut Apoſtolus inquit* (2. *cor.* 4.) *de die in diem . . . in ipſa juſtitia per Chriſti gratiam accepta . . . bonis operibus creſcunt.* mox id muneris impetrant, cum *petit Eccleſia . . . da nobis Domine Fidei , ſpei , & caritatis augmentum . Trid. ſeſ.* 6. *c.* 10. demum id proprie merentur. *Si quis dixerit juſtitiam acceptam non augeri coram Deo , per bona opera , & c. an. ſit. can.* 24. *gratia meretur augeri , ut aucta mereatur perfici. D.* Aug. *ep. nunc.* 106.

XL. Æque diſſonum eſt nullum in Redemptis meritum inveniri , quod non ſit gratis indigno collatum , totum virtutis præmium donum eſſe puræ liberalitatis Dei . *vita æterna,* etiam pro hoc ſtatu, eſt *gratia Filiis Dei . . . miſericorditer promiſſa* ; *Eſt merces bonis operibus , & meritis fideliter reddenda. Si quis dixerit* hominis juſtificati *bona opera ita eſſe dona Dei , ut non ſint etiam bona ipſius juſtificati merita , aut ipſum . . . . bonis operibus . . . . non vere mereri . . vitam ætearnam . . an. ſit. Trid. ſeſ.* 6. *cap.* 16., & *can.* 32. Nullane *ſunt merita juſtorum ? Sunt plane,quia juſti ſunt ſed ut juſti fierent , merita non fuerunt . D.* Aug. *Ep.* 105. *nunc* 194.

XLI. Solutio pœnæ temporalis , quæ dimiſſo peccato , ſæpe manet, non Chriſti dumtaxat meritis , ſed & juſtorum ſatisfactionibus proprie , ac de condigno præſtatur : *ſatisfactio penitentium* eſt aliud à fide , *qua aprehendunt*

Digitized by Google

dunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe. Deo per Chriſti merita, ſatisfacimus, pœnis .patienter toleratis, vel aliis, etiam pietatis operibus ex Trid. ſeſ. 7. can. 12. *&* 13. nec timeant Bajani, aliqua ſaltem ex parte, nos eſſe Redemptores. *pænitentes, per Chriſtum Jeſum peccata redimunt. nemo umquam Catholicus ſenſit* inde *vim ſatisfactionis, & meriti D.N.I.C. vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui. ibid. can.* 14. *& cap.* 8. *non poteſt homo Deo ſatisfacere ad æqualitatem quantitatis, ſed proportionis. D.T.* 4. *ſ.d.*15.*q.*1.*a.*2.

XLII. Indulgentiæ, quarum *uſum Chriſtiano Populo, maxime ſalutarem, in Eccleſia retinendum mandat, & præcipit* (Trid. Sin.) *eoſque anathemate damnat* (Lutherum, & aſſeclas) *qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi, in Eccleſia poteſtatem eſſe negant* (*ſeſ.* 25. *decr. de Indulg.*) ſunt *cæleſtes Eccleſiæ Theſauri,* (*ſeſ.c.*9. *de ref.*) *de Theſauro Chriſti, & SS.* (*Leo X. in art.* 17. *ejuſd. Luth.*) remittunt pœnam culpis actualibus debitam (*in art.* 19.) Hoc idem proprie per illas effici, ſive Paſſiones SS. in Indulgentiis communicatas proprie redimere aliena delicta, Bajus inficiatur, ſed immerito. *ſatisfactio, qua quis ſatisfacit . . . pro alio, pretium quoddam dicitur, quo alium redimit à peccato, & à pœna D. T.*3. *p. q.*48. *a.* 4. *ſatisfactio conſiſtit in actu exteriori, ad quem aſſumi poſſunt Inſtrumenta, inter quæ computantur etiam amici ibid. a.*2.

DE DIVINIS ECCLESIÆ REGULIS.

Adverſus Propoſ. Queſnell. inter damn. 79.80.81.82.83. 84.85. *& verſionem Gallicam tum ejuſdem, cum & montenſem, in novum Teſtamentum, eadem Conſt. unigen. rejectas.*

XLIII. Prima Eccleſiæ Regula S. Scriptura eſt *cum utriuſque* (Teſtamenti) *unus Deus ſit Auctor, Decr. Trid. ſeſ.* 4. divina eſt: profunda eſt plures, ſub una littera, ſenſus tegit litteralem, & myſticum. *Multiplicibus obſcuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere legunt aliud pro alio ſentientes. D.* Aug. *de Doctr. Chr. l.*2.*c.*6. ſtudere, & cognoſcere Spiritum, pietatem, & myſteria *S.* Scripturę omni tempore, omni loco, omni PerſonarumGeneri utile & neceſſarium non eſt. Agricolis, & fæminis id committit eraſm. Calvin. Queſn., jure negat *Trid. reg.* 4. *Indic. ejus juſſu confecti. conc. Toloſ.* 105. *contr. albig. can.* 11. *narbon. Burdigal.* Lectione vernacula interdicta.

XLIV. Obſcuritas Sancta Verbi Dei Laicorum plurimis eſt ratio diſpenſandi ſe ab ejus lectione feſto etiam die. *nemo prudentiæ ſuæ innixus, in rebus Fidei, & morum . . . S. Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet S. Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum SS. aut etiam contra unanimem conſenſum PP. ipſam ſcripturam S. interpretari audeat. Trid. ibid.*

Digitized by Google

ibid. hi fontes nonniſi doctioribus patent. cavendum, ne Spiritus cujuſque privatus fiat interpres Scripturæ. ex. D. Aug. ibid. c. 8.

XLV. *Hyeronymus trium linguarum peritiſſimus... ex hæbræo in latinum divinas ſcripturas convertit, cujus... laborem Hæbrei fatentur eſſe veracem. D. Aug. l. 18. de c. Dei, c. 43. Quod Evangelium, ex Græco interpretatus es... pæne in omnibus, nulla offenſio eſt. idem ad eundem Ep. olim* 10. *nunc* 71. Latina noſtra ipſa Hyeronymi verſio eſt, paucis tamen ab altera mutuatis, *eid. Aug. 2. de Doctr. Chr. c.* 14. æque laudatiſſima. Vernaculas quaslibet huic latinæ adverſantes, uti Montenſem, & Queſnellianam, prædamnat Tridentinum *ſeſ.* 4. decernens, *ut hæc ipſa vetus & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum uſu, in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis expoſitionibus, pro authentica habeatur, & ut nemo illam rejicere, quovis prætextu audeat, vel præſumat decr. de edit. & c.*

XLVI. Abripere e Chriſtianorum manibus Teſtamentum novum (vernaculum) non eſt illis Chriſti os obturare. *Deus Hominibus, non ſolius novi Fæderis codice loquitur, ſed etiam Traditione, quæ æque Verbum Dei eſt, ac Scriptura. Collect. gall. document. ad Conſtit. pertinent. t. 2. par. 3. p.* 229. Tridentinum *Traditiones ipſas, tum ad Fidem tum ad mores pertinentes, tamquam vel ore tenus à Chriſto, vel a Sp. S. dictatas... pari pietatis affectu, ſuſcipit, ac veneratur. decr. nuper cit.* Altera æque Divina Eccleſiæ Regula Traditio eſt. *ex nyc. 2. act. 7. Quædam non ſcripta, ſed tradita.... toto terrarum orbe obſervantur.* D. Aug. Ep. 118. nunc 54.

DE ECCLESIÆ FORMA, ET NOTIS.

Adverſus Propoſ. Queſnel. Inter damn. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 97. & *prætenſa ad Phanatiſmum miracula.*

XLVII. Eccleſia militans eſt *Area Chriſti, ubi grana & palcæ, & lilium inter ſpinas ex D. Aug. in pſ.* 47. *eſt arca, in qua Columba, & Corvus ex tract. 6. in Jo.* eſt *Rete capiens iniquos, & juſtos ex ſer. 252. in Dieb. Paſch. Ipſi ſunt intus, & boni & mali. Jacob, & Eſaù* (electi, & reprobi) *ex eod. in pſ.* 126. Repugnat. Jo. Hus *art. 1. 2. 3. damn. Concil. Conſt.* repugnat Queſnellus, prædamn. *Trid. ſi quis dixerit eum, qui Fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum an. ſit ſeſ. 6. can. 28. nemo* (ex Eccleſiæ Filiis) *uſque adeo præſumere debet, ut certo ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum. ibid. cap.* 12.

XLVIII. Eccleſia Chriſti *una eſt, Sancta eſt.* Ita omnia Concil. *in Symbol.* utraque hæc nota, illius dumtaxat eſt propria, quæ Romanæ Cathedræ unitate ſociatur. Extra illam nulla ſalus, intra illam unica Fides. Articulorum diſcretio in fundamentales, & adiaphoros vana eſt. Queſnelliani

fæ-

fœdera cum Calvinianis molientes, quin & ſecum ipſis pugnantes (hiſt. Conſt, Unig. Lafiteaù l. 5.) nec juſte, nec ex fide vivunt. *S. Sinodus*, *ex corde, optat, ut univerſi communem matrem, in terris, agnoſcentes unanimes, uno ore, glorificemus Deum... in uno Corpore. Trid. ſeſ.*28. *de libr. delect. Idem* (ſapientes) *non diverſa, unanimes, non difformes, uno ore, non multiplici. D. Th lect. ſuper* 2. *Philipp., & ad Rom.*15

XLIX. Eccleſiæ Chriſtianæ altera nota, quod ſit *Catholica, & ubique difuſſa. Simb. cit. & Trid. ſeſ.* 4.*c.*4. Sed Angelos Cæli comprehendere (uti Queſn. ait) de illius nota non. eſt viſibilis eſt, *per viſibile, & externum Sacerdotium*, viſibilibus notis, & membris; *cum in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipſam, per Baptiſmi januam, fuerit ingreſſus. quid enim mihi* (inquit Apoſtolus) *De iis, qui foris ſunt judicare, ſecus eſt de domeſticis Fidei: quos Ch. D. lavacro Baptiſmi, ſui Corporis membra ſemel effecit. Trid. ſeſ.*14.*c.*1., *ſeſ.* 23. *can.*1 Parva, occulta, purior Eccleſia ut quid ab Janſenianis prætexitur? *Ipſa eſt Eccleſia, in ſole poſita, in manifeſtatione omnibus nota uſque ad terminos terræ. D. Aug. Ep* 166., *nunc* 105.

L. *Sancta, Romana, univerſalis Eccleſia, à Chriſto Domino, & ejus. Apoſtolis, edocta* (*Trid. ſeſ.*6.*c.*29.) perenni ab iis ſucceſſione, ac ſignis coruſcans, *Apoſtolica eſt. Sym. cit.* Rite ſtatuit *nemini licere ullo loco, vel Eccleſia... ullam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem... nulla admittenda eſſe nova miracula, nec novas Reliquias recipiendas, niſi recognoſcente, & approbante Epiſcopo. ſeſ.* 25. *de invoc. SS.* Hodierni Phanatici, ab ea extorres, ſuis ante quoſdam Cineres, & effigies, contorſionibus Tremoriſtas, & Entuſiaſtas exthumulant. *In ſignis, & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis* (ad theſſ.2.) Antichriſtum, non Apoſtolos, æmulantur. *miracula non facitis, quæ ſi faceretis, etiam ipſa in vobis caveremus. D. Aug. lib.*3.*c. Fauſtum cap.*5. *& Pontius fecit miraculum, & Donatus oravit, & reſpondit Deus de Cælo primo: aut falluntur, aut fallunt. tr.*13. *in Jo.*

DE ECCLESIÆ AUCTORITATE.

Adverſum Proſp. Queſnel. 94.95.96.98.101.;*& errores proſcriptos per alteram Conſt. Clementis XI. aineam D. Sabaoth. & c.*

LI. Eccleſiam, annos ante quingentos, abſ genuina D. Gratiæ intelligentia defeciſſe commentus eſt Sancyranus, veritates cò deveniſſe ut quaſi peregrina lingua ſint in Eccleſia, delirat Queſnellus: *Sanam, & ſinceram Doctrinam ſemper Cath. Eccleſia. retinuit & ad finem uſque ſæculi conſervabit. Trid. ſeſ.* 13. *Decr. de Euch.* Quoad Fidei, & morum judicia, nuſquam fallitur, nunquam ſeneſcit (*quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interi-*

*teritum eſt hæbr.*8.) Eccleſia Romana eſt *columna, & firmamentum veritatis: Ibid. c.* 1. *ex* 1. *tim.* 3. *Deus fundavit eam in æternum, quid times, ne cadat firmamentum. D.Aug. in pſ.*47.

LII. Ipſa quoque dogmatica facta *ſicut ea ex quibus negatis ſequitur corruptio alicujus articuli* Eccleſiæ judicium nec effugere poſſunt, nec fallere D.Th.2.a.11.a.2. *Spiritu S. illi omnem veritatem, in dies, ſuggerente. T. id. cap.cit. Proviſum de Regula infallibili, Eccleſia ſcilicet auctoritate. Concil. Senon. Decr.* 3. Hæc eadem neceſſaria eſt, ut *ſuſpectorum ac pernicioſorum librorum . . . facilius* ipſa *poſſit vanas, & peregrinas doctrinas, tamquam zizania à chriſtianæ, veritatis tritico ſeparare. T. id. ſeſ.*18. *de libror. delectu*) quod tum maxime præſtat, cum eorum lectionem interdicit ac propoſ.damnat in ſenſu obvio, seù, in ſenſu authoris, eo nempe qui intenditur, vi verborum, & circumſtantiarum; dum aliqua vel *in Divinis libris veraciter ſcripta non ab iſto catholice dicta ſunt, quia non intentione catholici. D. Aug. de nupt. & conc. l.* 2.c.4.

LIII. Prætenſum ſuper quæſtione Facti Silentium, obſequioſum non eſt. *impii in tenebris conticeſunt Clem. XI. bull.vin. D.Sab. ex* 1. *Reg.* 2. *Timeo, ne connivere ſit hoc tacere.. cum ſilentio faveamus errori. Ep. Cæleſtin. P. ad quoſd.Epiſc. Gall. Audivimus nonnullos, qui ei* (Pelagio) *faveant.. qui eum talia ſenſiſſe non credunt. D. Aug.Ep.*177. *ſupprimunt timore, quod ſentiunt, ſed eamdem perverſitatem ſentire non deſinunt* (poſt manifeſtiſſimum S. Apoſtolicæ judicium) *Ep.*181. Intreiorem aſſenſum exigit nycæna Synodus hos damnatura, *qui minime crederent.. Eum, qui erat accuſatus, hominem fuiſſe, qui eos errores doceret. ex Ep. Theognii, apud Socr. Sirm.* Id & Syn.4. in cauſ.Theodoret.Syn.5.in cauſ. 3. capit., Syn. Conſt. in Cauſ. Huſ. Leo X. in art. 30. Luth.

LIV. *Magiſtri, Doctores, & alii, in .. Univerſitatibus, ea, quæ Catholicæ Fidei ſunt, doceant, & interpretentur, ſeque ad hoc Inſtitutum, initio cujuslibet anni, ſolemni juramento, obſtingant. Trid. ſeſ.*25. *de ref. c.*2. Juramenta, communiter præſcripta ab Eccleſia, non deſerviunt impiorum conſilio. *Juravit.. Apoſtolus in Epiſtolis ſuis, & ſic oſtendit quomodo accipiendum eſſet, quod dictum eſt: dico vobis non jurare omnino.* (ſi nempe deſit neceſſitas, juſtitia, veritas) *D. Aug. de mend. c.*15. Non deſunt hœc jurantibus Formularium Alex. VII. ni contra mentem jurent., nec adeo *Veram obedientiam R. Pontifici ſpondeant*, nec *hæreſes.. deteſtentur*, quod ab Eccleſiaſticis exigit *Trid. ubi nuper.*

LV. Eſt in Eccleſia, immediate à Deo vera, & propria Juriſdictio Spiritualis, non directiva modo, ſeu legis ferendæ, ſed & coactiva, ſeu infligendæ pœnæ etiam temporalis. hæretici, *ſtatim, ex quo de hæreſi, convincantur,*

Digitized by Google

tur, poſſunt non ſolum excommunioari, ſed & juſte occidi. D.Th. 2.2.*q.*11. *a.*3. Hæc eſt Angelico extrema probatio Hæretici, *poſt I.&* 2. *correptionem* (ex Ap.Tit.3.) *ſi adhuc pertinax inveniatur. ibid.* Hæc Tridentino. *ſi prædicator errores aut ſcandala diſſeminavèrit . . . Epiſcop. ei prædicationem interdicat; quod ſi hæreſes prædicaverit, contra eum, ſecundum juris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem procedat. ſeſ.*5.*de ref.c.*2. Hæc Conſtantienſi, in cauſa Jo. Hus, & Hieronymi de Praga.

LVI. Omnes ſibi Principes adverſari immerito dolet Queſnellus, Eccleſiaſticos, & Politicos, *Quos, ut Catholicos, Deus S. Fidei, Eccleſiæque Protectores eſſe voluit*, ut eorum authoritate inferiores, *una cum ipſis Principibus, debitam Sacris Summorum Pontificum, & Conciliorum Conſtitutionibus obſervantiam præſtent Trid. ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 20. Poteſtati, etiam laicæ, ſubditos obedire, hanc in Eccleſiæ refractarios inſurgere Dei præceptum eſt. . . . *Ergo hæreſis non adhuc ab Epiſcopis examinanda, ſed coercenda eſt Poteſtatibus Chriſtianis. D. Auguſt. ad Julian. l.* 2. *op. imp. c.* 103.

DE ECCLESIÆ CAPITE.

Adverſus errores Libri, Anonymi, de SS. Petri, & Pauli ſupremo Pontificatu, damn. ab Innoc. X. ann. 1647. *& propoſ. inter. damn. ab Alex. VIII.* 29. 31. *& prop. Queſnel.* 90. 91. 92. 93. 99. 100. *& cætera ab Deciſionibus Pontificiis, Janſeniſtarum effugia.*

LVII. D. Petrus conſtitutus eſt *Caput Eccleſiæ* (ex Conc. Conſt. damn. art. 7. huſ.) *non brachium, ſeu Inſtrumentum* (ex Syn. Paris; ann. 1612. pròbata Paulo V., adverſus Richerium.) Chriſtus contulit Petro primatum juriſdictionis in *univerſalem Eccleſiam*, ſive *illam paſcendi, regendi, & gubernardi plenam Poteſtatem. definit.* Syn. Florent. Immediate, per Petrum, exercet in Eccleſia auctoritatem ſuam; diſſentit Queſnellus ex illis *Math.*18. *dic Eccleſiæ*; ea tamen ad Eccleſiæ Præſidem ſpectant; *nam D. univerſaliter Petro dixit: quodcumque ligaveris &c. Matth.* 16. *oſtenditur, quod Petrus ſit Chriſti Vicarius opuſc. contr. errror. Græcor. c.* 32. *Univerſalis Eccleſiæ authoritas* (in Petro) *principaliter reſidet* 2.2. *q.* 11. *ort.* 2.

LVIII. Divinus iſte Primatus *nulli alii* (Apoſtolorum collatus) *quam Petro. Chriſtus, quod ſuum eſt, ipſi ſoli dedit. D. Thom. opuſc. & Cap mox cit. Paulus erat ſubditus Petro. id.* 2. 2. *q.* 33. *art.* 4. obſequii cauſa, *ad Petrum aſcendit*, cum Petro Evangelium contnlit, *ne in vanum curreret, aut cucurriſſet Gal.* 2. *Totius Fidei, ac omnium Apoſtolorum caput B. Petrus extitit.* Conc. Epheſ. t. 2. c. 15. *Eccleſiæ unius, & unicæ unum*

caput

Digitized by Google

caput Petrus. *Conſtit. Bonif. VIII.* innovat. *Concil. Later. V. ſeſſ.* 11. fremit Anonymus, ſed fruſtra. Eccleſia biceps non eſt.

LIX. *Romanus Pontifex habet in Eccleſia plenitudinem Poteſtatis D. Th. eod. opuſc. c.* 32. *In univerſum orbem tenet Primatum, eſt Succeſſor B. Petri, totius Eccleſiæ Caput. Syn. Flor. definit. cit. Eſt proximus, & immediatus Chriſti Vicarius. Conſtant in art.* 27. *Vviclefch.* idque eo ipſo, quo Electores conſenſerint in aliquem, ſecundum ritus canonicos *ibid. contr. art.* 26. *hus & ab ipſo Chriſto in B. Petro inſtitutus. Leo X. in art.* 25. *Luth.* non humana Inſtitutione, aut potentia *id Conſt. in art.* 9. *hus*. à Petri ſucceſſione nuſquam excidit. *id. in art.* 9. *Vvicleph.* Tempus illud deplorabile, quod veritatis Diſcipulos impetit non à Pontifice, ſed ab Janſenianis metuimus.

LX. *Meritò Pontifices Maximi, pro ſuprema Poteſtate, ſibi in univerſa Eccleſia tradita, cauſas aliquas criminum graviores ſuo potuerunt peculiari judicio reſervare. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 17. Leges ferre poſſunt, fideles ſingulos, ſub culpa, & pœna obligantes, ipſaſque cenſuras refractariis infligere, abſque conſenſu, adhuc præſumpto, totius Corporis Eccleſiæ. præſumit illum Queſnellus, adeoque & ſeniorum, quem Calvin. & Plebis, quem Luther. & Fœminarum, quem Gnoſtici, ac Peputiani. Non præſumit Trident. aut *alicujus Sæcularis, etiam magiſtratus*, aut ullius Eccleſiæ aſſenſum, ſed in cenſuris ſordentem, *tamquam de hæreſi ſuſpectum*, punit *ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 3. *& de regular. c.* 12. *debet Excommunicatus humiliter obedire . . . . . ſi autem contemneret, peccaret mortaliter D. Th.* 4. *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 1.

LXI. Neque futilis, neque toties convulſa, ſed probatiſſima dicenda eſt aſſertio de Romani Pontificis, in Fidei quæſtionibus decernendis, infallibilitate, *ad cujus apoſtolicam dumtaxat conſiderationem pertinet ea, quæ ſunt Fidei declaræe. Vienn. Conc. Clem. unic. de S. Tr. enim vero vetuſtæ illius ætatis Eccleſia Catholica, ſola Petri Cathedræ commuione, & auctoritate fulta, quæ in decretali Epiſtola Innocentii ad Africanos data, elucebat . . . . pelagianæ hæreſis damnationi, abſque cunctatione, ſubſcripſit* (*Epiſtol. gratulat. Epiſcopor. Gall. ad Innoc. X.*) *cui Eccleſiæ præcedentem B. Innocentium ſi audire voluiſſes, jam tunc . . . . juventutem tuam pelagianis laqueis exuiſſes D. Aug. l.* 1. *c. Julian. c.* 4.

LXII. *Bullæ illius, qua Vrbanus VIII. ſ. m. adverſus Janſenii dogmata pronunciavit, & decreta Pii V. & Gregorii XIII. in lucem edita confirmavit . . . . veritatem, ac robur, novo diplomate, vindicaſti*: ſcribunt *ad Innocentium X. Galliarum Epiſcopi* 85. *ann.* 1651. Hæc Bulla (*in eminenti*) non eſt ſubreptitia: *eſt veriſſimum Diploma, & S. Sedis oraculum*

Digitized by Google

lum ſcribit Urbanus ipſe *ad Epiſc. camerac. ann.* 1643. Triplex iſte (Pii, Gregorii, & Urbani) ſanctionum funiculus Bajanis difficile rumpitur, immo nullatenus. *Credendum eſt teſtimonio Eccleſiæ, quam veracem eſſe Chriſtus teſtatus eſt. D. Aug. de unit. Eccl. c.* 19.

LXIII. Innocentiana Conſtitutio, qua propoſitiones quinque, ex Auguſtino Iprenſi, excerptæ, propriis ſingillatim cenſuris, damnantur, nullam patitur exceptionem. *Majores cauſas ad Sedem Apoſtolicam referre ſolemnis Eccleſiæ mos eſt, quem Fides Petri, numquam deficiens, perpetuo retineri, pro jure ſuo, poſtulat*: (hocce libello, illam efflagitant Gallicani Præſules ab eodem Pontif.) *B. Veſtræ ex alto petita poteſtas, ſola acerrimam animorum colliſionem compeſcere poterat .... cujus ore Petrus locutus eſt, ut Leoni I. acclamabat quarta Synodus* (hacce gratulatione illam excipiunt *Epiſt. cit.*) Illud definiit Innoc. X., quod olim primus; *id, quod antiquitus Apoſtolica Sedes, & Romana cum cæteris tenet, perſeveranter Eccleſia D. Aug. l.* 1. *c. Jul. c.* 4.

LXIV. Bullam Alexandri VII. quæ Janſenii Propoſitiones, ab ejus Libro excerptas, in obvio ejus ſenſu damnatas declarat, & iterum damnat, præventionis, præcipitationis, deceptionis, injuſtitiæ criminari eſt Tridentino obſiſtere *Paſtores omnes* obteſtanti, *ut illa omnia, quæ S.R.E. omnium Eccleſiarum Mater, & magiſtra ſtatuit .... quibuſcumque Fidelibus ſedulo commendent, omnique diligentia utantur, ut illis omnibus ... ſint obſequentes ſeſſ.* 25. *de delect. cib.* Janſenii factum phantaſma non eſt. *Cler. Gallic. acta Pariſ. an.* 1700. *act. cauſ. Queſnellian. mechlin. art.* 13., *probat. Sac. Facult. Lovan. an.* 1704. *Ut quid quæris examen, quod jam factum eſt apud Apoſtolicam Sedem?* D. *Aug. ad Julian. l.*2. *op. imperf. c.*103. *Inſtituta Majorum pro lege tenenda ſunt id. Aug. Ep.*86.

LXV. Sanctio Clementis XI. *vineam D. Sabaoth*, qua cæteras à Deceſſoribus ſuis contra Janſenii Propoſ. editas, confirmat, ac purum, & ſimplex Alexandrinæ Formulæ jusjurandum præcipit, vim obtinet, in univerſa Eccleſia, ineluctabilem. *Una fides debet eſſe totius Eccleſiæ ... quod ſervari non poſſet, niſi quæſtio Fidei exorta determinetur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt, ut ſic ejus ſententia a tota Eccleſia firmiter teneatur. D. Th.* 2. 2. *qu.* 10. *art.* 10. *In ipſis* (ſanctionibus Pontificiis) *quod olim ſcribebant Leoni M. Epiſcopi Gallicani, gaudens, & exultans Fidei ſuæ ſenſum recognovit* (Clerus Gallicanus) *& ita ſemper ſe tenuiſſe, ut veſter Apoſtolatus expoſuit, jure lætatus eſt. Ep. Card. de Noailleſ. an.*1711. *ad eumdem Clem. circa acceptat. ejuſd. ex præiactis an.* 1710. *Epiſcopor. teſtimoniis.*

LXVI. *Conſtitutio a S.M. Clemente XI. edita, quæ incipit*: Unigenitus

quam-

QUAMQUE NOSTRÆ, UTI EJUSDEM, FIDEI REGULAM, AGNOSCIMUS, *ab omnibus cujuſcumque conditionis, ac gradus*, OMNIMODA, *ac debita obedientia*, & executione obſervetur; *ſi quem itaque cognoverint de ea* NON BENE SENTIRE AUT MALE LOQUI, in eum procedant Epiſcopi, *& ubi opus eſſe ſenſerint, ad Sedem Apoſtolicam Pervicaces tales, & Eccleſiæ rebelles deferant*. (Periocha illa *quamque &c.* uſque ad illud *agnoſcimus*, nonnullis omiſſa Typis, mox caſtigatæ editioni, ac Autographo ipſi congruit.) Ita Spiritus Sanctus, per Benedictum XIII. definivit *in Rom. Syn. ex Cardin.32. aliiſque FP. (nedum Provinc. Rom. inter Capuan. & Piſ. ſed & Archiep. ſuffrag. carentib. Epiſc. S. Sedi immed. ſubject. Abbat. exempt. Procurat. abſent.) in univerſum 83., Titul.1. cap.2.* Cohæret *& Synod. Ebredun.* Præſide, ac vindice Conſt. *Unig.* D. Card. de Tencin. an. 1727. (hiſt. cit. lafiteau l. 5.) *Jam de hac cauſa duo concilia miſſa ſunt ad Sedem Apoſtolicam; inde reſcripta venerunt: cauſa finita eſt. D. Aug. de Verb. Apoſt. ſer. 2.*

DE ECCLESIÆ CONCILIIS, ET SS. PP.

Adverſus appellat. damn. Conſtit. Clementis XI. Paſtoralis officii, & ad propoſ. ab Alexandr. VIII. damn. 29. 30., ac plures Janſenii aſſeclarum cavilios.

LXVII. Appellatio ab Judicio dogmatico S. Sedis ad futurum Concilium eſt omnino illegitima. Hujuſmodi eſt appellatio à Conſt. *Unigen.* per alteram *Paſtoralis Officii*, omni Jure damnata, Catholico ſenſui adverſa *Perſpectum habebat* (Eccleſia hanc emdem in Juliano deteſtata) *non ſolum ex C. D. N. pollicitatione Petro facta, ſed etiam ex actis priorum Pontificum, & ex Anathematiſmis adverſus apollinarium, & Macedonium, nondum ab ulla Synodo Oecumenica damnatos, a Damaſo, paulo antea, j ctis, Judicia, pro ſancienda Regula Fidei, a S. Pontificibus lata .... Divina æque ac ſumma per univerſam Eccleſiam auctoritate niti, cui Chriſtiani omnes, ex Officio, ipſius quoque mentis obſequium præſtare teneantur Epiſt. gratul. Epiſcopor. Gal. ad Innoc. X.* Præſtitit id obſequii tum idem Clerus Gallican. Pariſiis, an. 1714. 23. Febr., Conſt. *Unig.* pure, ac ſimpliciter acceptans, tum reliqui Orthodoxi Epiſcopi (*teſtimon. Eccl. univerſ. Tom. 1. & 2.*) *Ad ſolam authoritatem S. Pontificis pertinet finaliter determinare ea, quæ ſunt Fidei, ut ab omnibus, inconcuſſa Fide teneanur: D. Th. 2. 2. q. 1. art. 10.*

LXVIII. R. Pontifex, *ſuper omnes totius mundi Eccleſia conſtitutus (ex Bull. Leon. X. in art. 25. Luth.)* Synodalibus quibuſque Judicii formam præſcribit, modum imponit, Appellationes iis interjectas, Divino recipit jure. *B. Petri memoriam honoremus, ut ſcribatur. Julio R. Pont.*

Digitized by Google

Pont. (ait Synod.Sardic. Can.3.) & ſi judicanerit renovandum eſſe judicium renovetur , & det Judices. Quare hæc appellatio cauſam devoluit. *Si Epiſcopus appellaverit* (qui dejectus eſt à Comprovincialibus ſuis) *ad Epiſcopum R.E. ... faciet,quod ſapientiſſimo Conſilio ſuo judicaverit* : *Can.7.* Sententiam ſuſpendit : *Alter Epiſcopus , in ejus Catedra , poſt appellationem ejus non ordinetur can.* 4. Queſnellum Africanas appellationes rejicientem prævertit Cæcilianus *apud R.Eccleſiam , in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus .... paratus cauſam ſuam dicere , ſi adverſarii ejus (Coepiſcopi) ab eo Eccleſias alienare conarentur . D. Aug. Epiſtol.* 162. *nunc* 43.

LXIX. Neque futilis , neque toties convulſa , ſed probatiſſima dicenda eſt adſertio de R. P. ſupra Æcumen. Concil. auctoritate ; *Cum ſolum R.P. tamquam authoritatem ſuper omnia Concilia habentem , Conciliorum indicendorum , transferendorum , diſſolvendorum plenum* jus & *poteſtatem habere , nedum ex Sac. Scripturæ teſtimonio , dictis SS. PP. ac aliorum R. Pontificum Sacrorumque Canonum Decretis , ſed propria etiam eorumdem Conciliorum Confeſſione , manifeſte conſtet. Concil. Later. V. ſub Julio II. Sicut Chriſtus accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ .... ſuper omnem Principatum , & Poteſtatem ſuper omne , quodcumque eſt , ut ei cuncta curventur, ſic & Petro , & ejus ſucceſſoribus pleniſſimam Poteſtatem pleniſſime conceſſit , ut etiam nulli alii , quam Petro . D.Cyrill.Alex.lib.Theſaur. relat us à D.Th.opuſc.c.err. Græc.C.32.*

LXX. Hujus authoritatis eſt Conciliorum Decreta , quæ potiſſimùm Fidem , & mores attinent , & dirigere , & confirmare . *Quoties Fidei ratio ventilatur , Arbitror omnes Fratres noſtros , & Coepiſcopos nonniſi ad Petrum .... referre debere . Ex Ep. Innoc. I. ad Concil. Milevit.* relata ab Angelico 2.2.*qu.*11.*ar.*2. Hujus eſt eadem ſupplere , ac declarare . *Si quid in eis* (monet Pius IV. *Bull. Confirmat. Tridentin. Benedict. Deus, eodem poſtul.Conc. ſeſs.*25.*fin.*)*aliquid obſcurius dictum , & ſtatutum fuiſſe , ... aut deciſione aliqua egere viſum fuerit , aſcendat ad Locum , quem D. Elegit , ad ſedem videlicet Apoſtolicam , omnium Fidelium magiſtram , cujus authoritatem etiam ipſa S. Synodus , tam reverenter agnovit .* Nempe ſeſs. (præter citatam) 8.11.14. 16.17.23. Sic authoratis nullus poteſt error ineſſe . *Dominus Petro dixit , quem Summum Pontificem conſtituit . Ego rogavi pro te Petre , ut non deficiat Fides tua , & tu aliquando converſus confirma Fratres tuos : id Angel. ibid.qu.*1.*ar.*10.

LXXI. Unanimis S.S. P.P. Doctrina certiſſima eſt Definiendi Regula . Id Synodis omnibus conſtat ; ſed quænam ea nexu gaudeat , queve alterius Doctoris eidem cohæreat , non ipſiuſmet ſed R. Pontificis judicium Eſto ,

quem

quem *omnium Chriſtianorum Doctorem*, *& Patrem* pronunciat Flor.Defin. Nullus à Pontifice Pater, nullus Doctor eximitur, qui Chriſto inhæreat. *Contra Pontificis authoritatem nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis Sacrorum Doctorum ſuam ſententiam defendit D.T.*2.2.*qu.*11.*ar.*2. Sua ad Bonifacium ſcripta dirigit Auguſtinus *non tam diſcenda, quam examinanda, & ubi forſitan aliquid diſplicuerit emendanda c.* 2. *Ep. Pelag. c.* 1. Pontificum Bullis ſubditur Auguſtinus. *Id. Angel. ibid.qu.*10.*art.*12.

LXXII. Auguſtinus Yprenſis ſibi vendicat Hipponenſem, unaque & illum (quem *Auguſtinum contractum* jure nuncupat) Aquinatem, ſed nihil agit. Auguſtini opera ab Manichæo pulvere ſegregant Romani Præſules, Gelaſius cumprimis, in Syn.Rom. Epiſc.70. ſegregat à prædeſtinatiano Arauſic. Can.25. *ſecundùm antiquorum P.P. Definitiones* (Auguſtini præcipue) conſtitutus. Gemini Eccleſiæ Jubaris *tutiſſima, & inconcuſſa Dogmata* præeligit in Lutheriacos Tridentinum (*vide adnot. Concil. margin. & orat. ad P.P. dictam*) præſtituit in Detractores is, qui Janſenium damnat, Alexander VII. Brev. ad S. Facult. Lovan. 7. Auguſt. 1660. (quod & Innoc. XII. ad eoſd. 6. Febru. 1694.) Is qui Queſnellum Clem.XI. Decr. in infam. libel. 28.Jan.1704. & Benedictus XIII. *Bull.Pretioſus &c. & Brev. ad FF. Prædic. Demiſſus Preces &c.*

LXXIII. Cryſoſthomum, alioſque Græcos PP.Pelagio adjudicat, quippe libertatis vindices, idem Janſenius, quod & *Magdeburgenſes Centur.* 2.3.4.5., quod & *Calvin.* 2. *Inſt. cap.* 2. Sed eripit idem Gelaſius, eademque Synodus, quæ Rufini, Caſſiani, & Fauſti rejectis opuſculis, Athanaſii, Nazianzeni, M.Baſilii, Alexandrini Teophili, & Cyrilli, ac Cryſoſthomi ſcripta commendat, eripit & Auguſtinus, iis Julianum convellens *l.*1.*c.*4. *&* 6. *Non eſt, cur provoces ad Orientes Antiſtites, quia & ipſi utique Chriſtiani ſunt ...... Numquid dubitare jam poteris S. Joannem* (Conſtantinop.) *tam longe eſſe à ſenſu veſtro, quam non recedit a ſenſu Catholico?*

DE S. ECCLESIÆ CANONIBUS, ET DISCIPLINA.

Adverſus Propoſ. dam. ab Alex. VIII. 16.17.18.26.22.23. *& Queſnel.* 86.87.88.89. *ac Janſeniſtarum Miſſalia, Breviaria, Ritualia.*

LXXIV. Poſſunt equidem Sacri Eccleſiæ Canones, & diſciplina hominum vitio, ſenſim, quod praxim ſpectat, labefactari, ſed ipſa, *D. N. J.C. qui os., & Sapientiam Eccleſiæ ſuæ daturum ſe promiſit, ope, & auxilio freta* (*Trid. initio ſeſ.* 18.) quidquid circa illa ſtatuat, errare non poteſt. *Maximam habet auctoritatem Eccleſiæ conſuetudo, quæ ſemper eſt, in omnibus, æmulanda. D. Th.*2.2.*qu.*10. *ar.*11. *Quod ſi aliquis dubius, aut difficilis abuſus ſit extirpandus, nihil inconſulto SS. R. Pontifice, novum,*

Digitized by Google

vum, aut in Eccleſia hactenùs inuſitatum decernatur. *Seſſ.* 25. *de Invoc. SS.*

LXXV. *Hæc Poteſtas perpetuò in Eccleſia fuit, ut in Sacramentorum diſpenſatione, ſalva illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium utilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, ac locorum varietate, magis expedire judicaret. Trid. ſeſ.* 21. *cap.* 2. Ejuſmodi Præſcripta Romano Rituali continentur; quiſquis aliud huic adverſum ſubinducit, prædamnatur Auguſtino *Epiſt.* 14. *aliàs* 118. *Si quid tota frequentat Eccleſia, an ita faciendum ſit diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.*

LXXVI. *Eccleſiaſtica conſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe* (communicare volenti) *ut nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumvis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali Confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 7. Non exigitur ad Saeram Communionem expleta de culpis ſatisfactio, non amor Dei puriſſimus, illi Cœleſtis hujuſce Pabuli frequentiæ, quam *S. Synodus* à Fidelibus, *in ſingulis miſſis, optaret* (ſeſſ. 22. de Sacr. Miſ. c. 6.) haud facile comeſ. *Si non ſunt tanta peccata, ut excommunicetur quis, non ſe debet à medicina Corporis Chriſti ſeparare. Cap. ſi non. de conſecr. ex D. Aug. Ep.* 118.

LXXVII. Ritus abſolvendi Sacramentaliter, peracta dumtaxat ſatisfactione, non eſt plenus ſapientia, lumine, charitate. *Impoſſibile eſt, quod aliquis Deo ſatisfaciat, niſi Deo placeat. D. Th.* 4. *diſt.* 15. Mos alter Eccleſiæ communis, non eſt inverſus, noxius, abuſivus, non D. Legi, non rei naturæ repugnans. Prima ſtola *citò* (quod Montenſis abraſit) proferenda, peccati ſarcina, mox ableganda, ſi Chriſtum, ſi Patres ſequimur, ſi Tridentinum, cui abſolutio jugiter ſatisfactionem præit. *ſeſſ.* 6. *cap.* 14. *ſeſſ.* 14. *cap.* 3. & 8. *& ſi quis dixerit receptos, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione ...... aut contemni, aut ſine peccato, a miniſtris, pro libito, omitti, aut in novos alios, per quemcumque Eccleſiarum Paſtorem, mutari poſſe an. ſit. ſeſſ.* 7. *can.* 13.

LXXVIII. Etſi *Chriſtus non vetuerit, quin aliquis, in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob piorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publice, confiteri poſſit, non eſt tamen hoc, Divino Præcepto, mandatum, nec ſatis conſulte, humana aliqua Lege præciperetur. Trid. ſeſ.* 14. *de pœn. cap.* 5. Non niſi pro publicis criminibus, & ab his, queis demandatum eſt, imponi debet ea, quæ Auguſtino dicitur *Pœnitentia gravior, atque luctuoſior, in qua proprie vocantur in Eccleſia Pœnitentes homil.* 27. *inter* 50.

LXXIX.

LXXIX. *Si quis dixerit Eccleſiæ Romanæ ritum, quo ſubmiſſa voce, pars Canonis, & verba Conſecrationis proferuntur, damnandum eſſe, aut lingua, tantum vulgari, miſſam celebrari debere, anat. ſit. Trid. ſeſs. 22. can.* 9. Neutrum ex his eripit ſimplici Populo ſolatium aliquod ad Devotionem proficuum. Fidelium *Turbam non intelligendi vivacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit. D. Aug. contr. Epiſt. Fund. c.* 4. Patribus Spiritu S. ductis, oppoſitum, expedire viſum non eſt. Tanti myſterii explanatio, per verbi miniſtros præſtanda, eſt Praxis illa, quam Apoſtoli docuerunt. *Ex Trid. c. 8. ibid. Hoc antiqui Canones docuerunt, ut unaquæque Provincia & pſallendi, & miniſtrandi parem Conſuetudinem teneat. Conc. Tolet.* 4. *can.* 2.

LXXX. Peccatori nondum Deo reconciliato (*ni publice, & notorie criminoſus ſit*, (*Trid. ſeſ. 22. de evitandis &c.*) non deeſt jus aſſiſtendi ſacrificio Miſſæ; *hujus quippe oblatione placatus Dominus Gratiam, & Donum Pœnitentiæ concedens crimina, etiam ingentia, dimittit ibid. cap.* 2. *Propitiatorium eſt & pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus offertur. Can.* 3. Fruſtra Queſnellus Fideles retrahit ab implendo Miſſæ audiendæ Præcepto, quos & non præceptis diebus ei intereſſe hortatur Eccleſia. *Mos Populi Dei pro lege tenendus. D. Aug. Epiſt.* 86.

LXXXI. Laus, quæ defertur B. V. Mariæ, ut Mariæ, non ſacrilega, quod Copronymus, & Calvinus, non mere civilis, quod Wiclephus, non vana, quod Janſeniani vomuere. *B. Virgo, ſecundùm ſe ipſam, venerationis eſt capax. D. Thom.* 3. *par. qu.* 25. *ar.* 5. Ei ab Æcumenicis Synodis is etiam honor impenditur, nec Deo tamen detrahitur. *Soli Deo ſacrificium offertur, quod & pro SS. interceſſione obtinenda intendit Eccleſia ex. Trident. ſeſs.* 22. *cap.* 3. *& can.* 5. Illos, & illorum Reginam *ſuppliciter invocare bonum, & utile, non ſtultum, non impium ex ſeſs.* 25. *c. de Invoc. SS.* Cultus, quo Deum ipſum in Sanctis ejus reſpicimus, Latria, quo SS. ob eorum merita, Dulia, quo Virginale Juſtitiæ ſpeculum, Hyper-Dulia eſt. *O B. Maria, quis tibi digne valeat jura gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ ſingulari tuo aſſenſu mundo ſuccurriſti perdito?* Hæc vox Auguſtini tui *Serm.* 18. *de SS.* Hæc Eccleſiæ tuæ. *Lect.* 2. *noct.* 2. *die infr. oct. Concept.*

F I N I S.

I M-

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Archiep. Tharſen. Viceſg.

IMPRIMATUR,

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Google

Digitized by Google

4 5 5 2.157	5 6.94 2.26 8.20
2.126 43 0.83 2.126	6.94 2.26 4.20
2.126 43 0.83 2.126	